



CERTAMINIS SALESIANI I VICTORES RENVNTIANTVR

Delecti de re arbitri, cum scriptiones, quae ad hanc Linguae Latinae cultorum concertationem pervenerunt, omni cura perpendisset, e petitoribus universis hos, quorum nomina hic sequuntur, decretis praemiis honestarunt.

* * *

Ex ordine **Prosa** **Latinae** scriptorum:

Primum Praemium tulit ORESTES CARBONERO ob narrationem cui index: *Veteris vestigia flammae*.

Secundum Praemium tulit MARCUS CRISTINI ob narrationem cui index: *Somnium philologi*.

Tertium Praemium tulit ANTONIA LIGNANI ob narrationem cui index: *De meo oratorio facta et narrationes*.

Praeterea, iudicibus est visum horum auctorum prosas, iuxta operis cuiusque merita, **Honorifica Laude** ornare:

- 1) *Dira lex* cuius scriptor est DANIHEL BLANCHARD
- 2) *De techna tabulae pictae* cuius scriptor est IOANNES-FRANCISCUS ARNOUD.
- 3) *Antibarbarus sive de laudibus Georgii praeclari Latinitatis in Polonia cultoris dissertatiuncula brevis* cuius scriptor est THADDEUS GACIA.
- 4) *Pro Gige* cuius scriptor est RAULUS NAVARRO-ESPAÑA.

* * *

Ex ordine **Latinae Poesis** scriptorum:

Primum Praemium tulit FLORINDUS DI MONACO ob carmen cui index: *Ad Italianam, ad vitam.*

Secundum Praemium tulit ORESTES CARBONERO ob carmen cui index: *Anilis scelestae violata solitudo.*

Tertium Praemium tulit GUIDO DONINI ob carmen cui index: *Ingens per viginti anno dolor.*

Praeterea, iudicibus est visum unius tantum poetae carmen **Honorifica Laude** ornare:

Planctus Europae – Europae gloria cuius scriptor est GULIELMUS BLUM.

* * *

E discipulorum opellis nulla vel primum, vel secundum praemium obtulit. Quod autem ad prosam, **Honorificam Laudem** meruit: ALOSIUS FERNANDUS HERNÁNDEZ ARANA, LC ob scriptum cui index: *Sigibertus Ruperto Ottingensi salutem.* Quod inde ad poesim, **Tertium Praemium** tributum est: DIANAE PETROVA ZULCHEVA ob carmen cui index: *Aristaeus magistro valedicit.*

* * *

Victoribus omnibus praemia tribuentur die XXII m. Februarii, a. D. MMXVII, Facultatis Litterarum Christianarum et Classicarum festo, hora XI cum dimidia a. m., in Universitate Pontificia Salesiana, Romae sita, Piazza dell'Ateneo Salesiano, 1, sollemnibus rite apparatis et coram praestanti professorum, cultorum, auditorum corona.

Qui in utroque certamine tria praemia sunt adepti humaniter rogantur, ut celebrationi nostrae adfuturi sint. Ceteri autem, **Honorifica Laude** insigniti, operis sui tantum editione honorabuntur.

Huic rei praepositi scripta praemiis adfecta, hoc vertente anno, in volumen colligenda curabunt idemque, postea, universis auctoribus dono per publicos tabellarios mittetur.

Romae, die S. Ioannis Bosco festo, a.D. 2017